

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus I  
cum fonte primo

Idcirco Spiritus sanctus  
in igne et columba nobis monstratus est  
quia uidelicet omnes quos implet et  
columbe simplicitate mansuetos et igne  
zeli ardentis exhibet. Nequaquam  
ergo Spiritu sancto plenus est qui aut in  
tranquillitate mansuetudinis feruorem  
emulationis deserit, aut rursus in  
emulationis ardore uirtutem mansuetudinis  
amittit.

Gregorius.

Idcirco namque sanctus Spiritus  
in columba nobis est et in igne monstratus,  
quia uidelicet omnes quos implet, et  
columbae simplicitate mansuetos, et igne  
zeli ardentis exhibet. Nequaquam  
ergo sancto Spiritu plenus est, qui aut in  
tranquillitate mansuetudinis feruorem  
aemulationis deserit, aut rursus in  
aemulationis ardore uirtutem mansuetudinis  
amittit.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3, 16  
(SC 382, F. Rommel ed., p.356, ll.26-33).